NICOLAUS DE LYRA

Salzburg/Bayern, 1450

Seite 120r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

duella condempnare in omni
casu ex parte indicum ideo
absque assertione aliqua et
per modum collationis potest dici
quod in aliquo casu a iudicibus
possunt permitti utputa quando
aliqui nobiles habent
inter se guerram quam pos-
sunt mouere ex longa con-
suetudine cum non habent superiorem
ut patet in pluribus ter-
ris et regnis et ex hoc
non vastatur terra alterius ferro
et igne quo subditi quasi
innocentes in rebus et cor-
poribus multipliciter affli-
guntur / et aliquando contingit quod
unus tamen superiorem principem
prouocat alium ad duellum
et alius statim recipit ab-
sque aliqua recusatione si
iudex in tali casu proba-
biliter videat quod predicta de-
uastatio subditorum inno-
centum per duellum istud
debeat terminari non videtur
peccare tale duellum per-
mittendo quia cui cura
alicuius ciuitatis
licitum est / minora mala
permittere ad vitandum
maiora / Unde licite per-
mittuntur meretrices in
ciuitatibus ne omnia turbe-
tur libidinibus / ut etiam
dicit Augustinus / Sic autem vi-
detur esse in proposito ut patet
ex predictis Et eadem ratione
videtur etiam de innobi-
libus guerram admittere
mouentibus aliquo tamen

ut si per hoc quod nullus pos-
set alium prouocare ad du-
ellum multiplicarent homi-
cidia occulta in terra eo quod
homicide tales non timent
ad duellum ab aliquo prouo-
cari in tali casu non videtur
illicitum principi aliqua du-
ella permittere ut predicta
homicidia cessent que sunt
maiora mala / Sed contra
dicto videtur contrariare
dictum beati / Thome de aliquo
in summa sua / ubi dicit quod
quando in duello non expectatur
aliquis euentus mira-
culosus sic est in proposito
ut patet ex supra dictis
tunc tale duellum appropinquet
ad omnem rationem sortium sor-
tibus autem uti licitum est
in pluribus casibus ut ipse
dicit ibidem / Ad primum ar-
gumentum de dauid patet
solucio ex predictis / Ad ar-
gumentum alterius opposite par-
tis potest dici quod non datur
licencia occidendi inno-
centem in casibus predictis
quia nullus duellancium
predicto modo est innocens
quia culpa eo quod volun-
tarie ponunt se ad hoc
preter missio aliis viis secundum
ordinem iuris huius duelli
ad expositorem hec recita-
uimus / Audita sunt et cetera
Hic describitur ipsius dauid
conflictus / et primo bellum
a dauid petitur cum dicit
ergo seruus tuus vadam et
stantem cum se obtulit pro